

17 WB 150, Kapsel (66)

S C H O L A
NEUSTAD-AYSCHANA
VOTIVIS HISCE APPLAUSIBUS
SUBMISSE GRATULATUR
VIRO
Maxime Reverendo, Nobilissimo atq; Excellentissimo
DN.HENRICO
ARNOLDO STOCK-
FLETHO
DECANO ATQ; PASTORI BAYERSDORFFENSIUM
EXCUBANTISSIMO, SERENISSIM CLEMENTISSIMI Q;
PRINCIPIS NOSTRI CONCIONATORI CASTRENSI.
Cum in
**AMPLISSIMA TUBINGENSIA
LICENTIAM**
Summos in Theologia honores impetrandi
ET MUNUS SPLENDIDISSIMUM
SUPERINTENDENTIS
IN INFERIORI TRACTU, BYRUTHINO-BRANDEN-
BURGICO RITE LEGITIMEQ; ACQVIRERET.

Neustadij,
Excudebat CHRISTOPHORUS REDELHAMERUS 1679.

10. 10. 1922
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

© 1922
THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES
PRINTED IN CANADA

BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRINTED IN CANADA BY THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES



I.



*Audabunt alij Sipylis effulta columnis
Non vano sine culmina sumtu:
Tergaq; que radiant aurō, testudinis Inde
Laurigeros ornantia postes.
Non ego; sed nostrum semper laudabo Ve-
rendum.*

*STOCKFLETHUM, qui fusus amoenō
Vultu, tot laudes inter, tot nomina famæ,
Innocuos spiravit honores.*

*Cujus in excelsa nullius fronte videntur
Vel minimæ vestigia rugæ.*

*Sic facies jucunda placet, tumefacta superbit,
Torva fugit, morosa timetur.*

*Altiūs attollit, prono qvi summa modestus
Inclinat fastigia collō,*

*Plures forma ligat. Pauci terrore domantur,
Adstringit mens candida mentes.*

*Barbarus insultat fastu, cupit iste tyrannus
Othrysiōs æquare cometas.*

Cuncta ferit, sed cuncta timet. Deseruit in omnes

qui pœnas tulit hasce dolendus.
Funera quæ nobis, eheu, quæm fœda paravit,
Quæm crebrò mihi forpicem acumq;
Aptavit collo, rete quæm Capitale tetendit
Innocuis, auceps sibi. Et augur,
Et faber est sortis, fuit hæc odiosa potestas
Et terre vanissimus imber.
Nunc jacet iste Gygas, variorum causa laborum.
Vos pueri ridete Colossum.
Heu quantum attritus, tantum mutatus ab ista
Divâ terrigenûm male-parcâ,
QuamVERUM vocant. Sed Te miramur amantes,
Tu facili placidissima motu
Quæq; jubes, SUPERINTENDENS, Tu gloria Ayschi!
Melpomene depangere jussit
Ut tibi vel prima inscribam hæc encomia Chartæ.
Unde canens exordia sumam?
Plurima sunt in TE nostros mulcentia sensus
ac laudum certamina digna.
Mirer lætitiam frontis, quæ Corpus in ipsum
jucundō fulgore resultat.
Mores naturæ quidam decor afflat amœnus
Et genium librata venustas.
An celebrem linguam quæ mira est copia fandi,
Ipso cumq; Demosthene certat,

Libe-

Libera sive cupis torrens devolvere verba,
Seu tereti contexere nodō.
Utile Consilium præsentius afflit ulti?
Facundum de pedore laxat
Eloquium: quō nec rigui pretiosior auri
Destillat Danaëius imber.
Dotibus his nostram reples conspedior Aulam,
Te Patriæ Pater ipse serenis
Vultibus aspexit, felicem terḡ qvaterq;
Te clamant juvenesq; senesq;
Dignus honorari, precibus qvem gloria fuisse
Et supplex honor ipse poposcit:
Felix ad Famam, cui virtus candida lētum
Ter † plausō pede præbuit omen.
Sic est: qvi teneros pietatem immittit in annos,
Immensum sibi prorogat ævum.
Curriculum precibus reples spatiūq; viarum
Metiris cœlestibus horis.
Perventū ad calcem est, nec plura ego scribere possum,
Vive virens in secula Dōtor.
Hæc dico, vates: stabis dum flumine nostram
Ayschiolus piger alluit urbem.
Si qua Napæarum hinc undam portaverit: annum
abstineat captiva choreis.

† CUM MAGISTER, POËTA & PASTOR CSEARETUR.

X 3

Si

Si pedis incursu Satyrus, si læserit ungui,
sit sacer & pes ille putetur.
Nunc Citharam suspendo meam: positusq; sub amne
paulisper, STOCKFLETHE , qviesco.

DANIEL GRETSCHMANN,
Redor.



II.

URbis en nostræ juvenes , fideles
Singuli Patres, veneranda & ætas,
Vos qvibus sacri quoque cura Jovæ
credita templi.

Obviam leti properate vestro
Quisq;ve Pastorï Patriæ ad salutem,
Atq;ve ei vestras animô serenô
porgite dextras.

Vos Scholæ vates vigiles adeste,
Vos gradu cives celeri venite,
Tarda Praæconi mora gratulandi
nulla feratur.

Aureum STOCKFLETH decus ipse portat,
Auream verbi fovet ipse Normam,
Aureas summi facit ipse cœli
visere sedes

Vir bonus, justus, pius, eruditus,
Simplicis veri sine fraude candor

Est

*Est ei cordi, Fideiq; reda
Regula nostræ.*

*Non tamen durus nimium, sed illos
A via veri malefudus error
Quos trahit, DOCTOR placidus bonusq;
Erudit, audit.*

*Interim magnas Patriæ bonorum
Sustinet curas, habeat vicissim
Urbs ut integrum Fidei Ministrum
reda monentem.*

*Ergo semotō trepidō timore
Plaudite & cundi, qvia missus iste
A DEO DOCTOR properat subire
Limina vestra.*

*TE quidem BAYRSDORFF studiis adesse
Pervelit, Vates Venerande, verū
Non reludandum, Domini Voluntas
Fiat oportet.*

*Ergo quod TE Sors bona duxit, ito,
Est comes Tecum Deus, Angeliq;
Sic Deo nostrō comitante vinces
Tedium & onus:*

*Nunc aves casses fugient dolosos,
Tu vigil custos ovibus, cavebis
Sæva ne quando Rabies luporum
turbet oviles*

Maxi-

*Maximum parvi precium laboris
Est piis cœlo Famulis repōstum,
Unde cœlestis quoque TE coronæ
Palma manebit.*


*JOHANNES WISMAR,
Cantor.*

III.

WEr hier beglücket will den Tugend-Berg besteigen
und einen hohen Ruhm/ durch Seinen Fleiß erreichen
der tritt nach Helden Art/ grosmuthig in den Streit/
acht keinen Müh-Verdruß/ noch den erbosten Meid.
Ein hoher Geist und Sinn kan niemahls unterliegen
wann Unglück-s-Wellen Ihn beginnen zu bekriegen.
Ein Kämpfer spornt sich selbst/ so lange fleissig an/
bis Er das Ziel und Cron erwünschet füßen kan;
Dies/ grosser Gönner hat Sein hoher Geist erwogen
der einem Adler gleich zur Fœbus-Burg geflogen/
ER achtet' keine Müh/ drum wurde Ihm zu Lohn
des Landes Batter-s-Gunst und stete Tugend-Cron.
SEGn hochverdientes Lob/ wird man in Marmor schreiben/
Selbst Fama wird es auch den Sternen einverleiben
die Tugend lebet stets/ Sie hat noch nie gefest
den Wurm der Sterblichkeit noch den Verzehrungs-Rost;
Und wann nach langer Zeit der Leib entseelt wird fallen/
gleicht doch SEGn Grabes-Stein durchsichtigen Crystallen/
durch welchen SEGn Verdienst die späte Nach-Welt schaut/
es bleibt der Tugend-Ruhm den Sternen anvertraut.

*Joh. Laurentius Dieterich/
Tertius.*





17 WB 150, Kapsel (66)

S C H O L A
NEUSTAD-AYSCHANA
VOTIVIS HISCE APPLAUSIBUS
SUBMISSE GRATULATUR
VIRO
Maximè Reverendo, Nobilissimo atq; Excellentissimo
DN. HENRICO
ARNOLDO STOCK-
FLETHO
DECANO ATQ; PASTORI BAYERSDORFFENSIMUM
EXCUBANTISSIMO, SERENISSIM CLEMENTISSIMI Q;
PRINCIPIS NOSTRI CONCIONATORI CASTRENSI.
Cum in
AMPLISSIMA TUBINGENSIMUM
LICENTIAM
Summos in Theologia honores impetrandi
ET MUNUS SPLENDIDISSIMUM
SUPERINTENDENTIS
IN INFERIORI TRACTU, BYRUTHINO-BRANDEN-
BURGICO RITE LEGITIMEQ; ACQVIRERET.

Neustadij,
Excudebat CHRISTOPHORUS REDELHAMERUS 1679.